



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

Per te Munreiuo dotata Ecclesia Cliuos  
 Migrat, & ipsa tuis Vrbs viget alta bonis.  
 Imperij laus summa fuit domuisse rebelles;  
 Sed maior dici réque fuisse PIVM.

Præter hæc & plura alia similia sacella templa  
 & loca sacra hostium incursionibus gravissimè  
 afflicta non instauravit modò, sed & splendidè  
 exornavit. Egenis, & reverendis Patribus S. Fran-  
 cisci in vrbe residentibus varias ac liberales ele-  
 emosynas dedit. Politica eius opera, licet pluri-  
 ma & commendanda, studio prætereo; hoc uni-  
 cè optandum, ut tanti viri memoria innotetur,  
 & studiū in alijs excitari queat laudatissimā eius  
 facinora imitandi, in mores suos ac vitæ ratio-  
 nes inducendi, ac transportandi. Ex mortalibus  
 Clivis 1343. 7. Iulij ad immortales transijt: in  
 templo istic à se fundato ac dotato inter pias  
 subditorum lachrimas Pius Theodorus conditus  
 est, in decretoria illa die uberem laborum, do-  
 norum, pietatisque suæ à liberalissimo IESV  
 mercedem relaturus. *Ex Pighio & Annalibus.*

## XIV.

**R**ESSÆ in *Clivia*, Publicis Litanijs invo-  
 catur B. DENTILINVS *Confessor*, rarum  
 ac breve teneræ ætatis miraculum, annis non  
*moribus*



*moribus, adolescens, gratiâ curationum conspicuus, ibidem cum sancto suo Patre VINCENTIO Comite in æde B. Virginis, quam vivens ardentè coluerat, quiescens. Ex fast. Gelenianis.*

## XVIII.

**I**NGENETWILLERE *Juliensis Agri ad Duram Pago, qui nunc Arnoldivillarum, vulgò Tarzoviller dicitur, Festū S. ARNOLDI Musici, qui ex Græcia symphoniæ artibus instructus ad CAROLI MAGNI Aulam veniens, Imperatoris animum plus pietatis, quàm iacunditatis Harmoniâ ita affecit, & ad subditorum commiserationem inflexit, ut de publico pauperibus magno silvarū tractu (quē prandente Cæsare, celericursu obequitando, fide & expectatione maiorem descripsit) lignari liceret. Sancti huius corpus superioribus triginta annorum Germaniæ bellis, campestri & aperto ferè templo non sine vicinorum insigni admiratione illæsum stetit. Mart. Can. & Fast.*

## XVIII.

**C**Olitur & Heisterbaci venerabilis THEODORICVS *ex illustrissimo WIDANO Comite ibidem humilis maximarūque virtutum Religiosus. Qui*  
in